




BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 25. Q.
INKUNABUŁY
BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 26. Q.
INKUNABUŁY


Inc. 25.
Inc. 26.







# Mancinelli Veliterni de componendis verſibus Opuſculum.

1493

H* 10613



**W woluminie kolejno współoprawne sygnatury:**

**Inc. 25**

**SD 11760 II**

**SD 11761 II**

**SD 11762 II**

**Inc. 26**

**SD 11763 II**

**SD 11764 II**



Iſtum [illegible] Vedelcius Obornicenus emit 1530

# BALTHAZAR

BIBLIOTEKA GŁOWNA
UNIWERSYTETU im. A. MICKIEWICZA
W POZNANIU

# EPISTHATES

[illegible]

fo: 138

# Mancinelli Veliterni de componendis verſibus Opuſculum.

1493.

H*10613

Joannes maius Ad lectorem.

Carmina quiſquis amas hederis et apolline digna

Palladios verſus qui ceciniſſe velis

Et calamo muſam modulari ex arte canoro

Atq; elegos paruos ſi bene ſcire cupis

Non facile hoc poteris niſi vera imitaberis arte

Et videas vates qua ratione legas.

Vera ſit ars. nec enim ſatis eſt fore carmina pulchra

Si credas flacco: dulcia ſunto mage.

Claraq; in hoc ſemper prepone tibi et meliora

Qm̃ potes: vt valeas hunc ſuperare modum:

Baptiſta Guarinus.

¶ Tanta eſt vtilitas artis carminũ et verſificãdi vt ãpte dicere auſim neminem poſſe iure doctum appellari cui hec ignota fuerit Quare priſcorũ diligentiam mecum non admirari et laudare pariter nõ poſſum: qui licet ad magna anhelarent: nolebant tamen hec minima ſe fugere. Vnde et Auguſtin⁹ maxima eccleſie noſtre columna librũ de muſica vbi etiam pedũ rõnes exequit̃ conſcripſit. Sed omiſſa illorũ auctoritate ſola hui⁹ rei vtilitas immo et neceſſitas facile declarat quãto ſtudio ea ſit percipienda. Neq; enim recte pnũciare abſq; ea ſcientia quiſq̃m valet immo (quod maius eſt) non recte intelligere. multa em̃ in poetis inuenimus diuerſis quidez caſib⁹ ſed eodem fine pnũciata que ſyllabarum ignar⁹ nullo pacto diſcernet. Quid q̃ aliqua ſunt diuerſe penitus ſignificatiõis ſola vni⁹ ſyllabe vel prolixitate vel correptiõe dignoſcẽda: Poſtremo etiaz ſi nihil vtilitatis afferret: ſaltẽ voluptatis gratia appetẽda eſſet. Nam ſicut pulſante optimo citharedo magis delectat̃ qui eius artis cognitionem aliquã attigit q̃ꝫ qui ignorat Ita et in poetarum lectiõe maiore ſuauitate afficit̃ qui verſuũ rationẽ habet q̃ꝫ qui ea caret. Nec in carmine tantũ ea prodeſt ſed et in ea quã vocant rhetores nũeroſam orationem

Biblioteka Główna w Poznaniu im. A. Mickiewicza

H. 13336416
N. 4474785

Inc. 26

que pedib⁹ metricis ꝯſtat. quam qui ab his ſcriptam intel
ligere non potuerit: multo certe min⁹ eam ipē faciet. Sed
vbi pedū enumeratōez quam vulgo ſcanſionem nuncupāt
ex prima quadam deguſtatōe adoleſcētes generoſi aſſecuti
fuerint: relinquā deiñ ſyllabaꝝ noticiā ex frequēti poetarū
lectōe plani⁹ ediſcent. Quapropter Virgilij carmina me
morie mandent vt ad omnem ſyllabe quātitatem optimi
poete auctoritate nitant̄ et exemplo. Declamare aūt etiaꝫ
in his oportebit vt aſſiduitate pedū numerū etiaꝫ ſolo ver
borū cantu annotēt. Deinde alia verſuuꝫ genera ex his per
diſcent qui de ea re volumina ſcripſerūt vt nihil in hac vti
liſſima ſcientia intactum pretermittant.

¶ Augur mancinellus Inclyto adole-
ſcenti Joanni michaeli de bonis augu-
rijs clariſſimi viri Dominici filio vrbani
quidez gymnaſij doctoris ſummi Salu
tem plurimam dicit.

¶ Augur romulidas inter celebrande michael
Laudibus innumeris ſpes decus aura meis
Calliope te noſtra petit chorus ipſe ſororum
Conſequitur. phebo percuciente lyram.
Has tu ſuſcipiens lauro redimitus ad altam
Parnaſi cyrphin illico doctus eris.
Hic ſacrum nectar libans dicere poeta
Aſcrei calamos calliopeia dabit.
His igitur poteris clari memoranda parentis
Plurima victuris tradere carminibus.
At quia permagna eſt genitori copia laudum
Deficient vires promere cuncta tibi.
Quid refert iacobus adeſt marcellus et alter
Eſt bernhardinus gloria romulidum.
Cantabunt igitur verſuquecunqꝫ decoro
Promere noluerit calliopeya tibi.

# Verſilogus Mancinelli veliterni.

Exametrum pedib⁹ ſenis deducere carmen
Theſpiades monuere dee pia numina vatū.

De carmine heroico.

¶ Herorum quint⁹ ſpondeū ſext⁹ habebit
Communes reliquis debēt vtrinqꝫ reponi.
Dactylus e longa fiet breuibuſqꝫ duabus
Martius oſtendit vel carmina. nempe latinis
Spondeum faciet diſſyllaba dictio longa
Multi vel currunt. amenſue exempla teneto.
Vltima cuiuſqꝫ eſt communis ſyllaba verſus.

De carmine elegiaco.

¶ Penthametri dabitur primis romane duobus
Spondeus duplex duplex vel dactylus. aut ſint
Alterni. poſt hos bene ſyllaba longa ſequetur
Inuenies quandoqꝫ breuem tu plura legendo
Dactylus inde duplex poſt vnica ſyllaba detur.

De tempore.

¶ Temporis vnius correpta eſt ſyllaba ſemper
Longa duum. nono fabij precepta notarunt Quitiliā⁹
In pede ſic quinto ſpondeus ſepe locatur
Dactylus equalis ſpondeo in tempore nam ſit
Cornua velatarum obuertimus antemnarum
Tertius Eneidos meminit.

De poteſtatibus litterarū.

¶ Inter vocales i duplex conſona fiet
Maiores maio vel maij pandit abunde
Syllaba detur ei duplex: hei ſyllaba ſola
Vniuſqꝫ etiam cui dicas huic quoqꝫ iunge
Ille cui: patuere cui: albinus tamen inquit priſ. 7.
Letus huic dono videas dare tura nepotes

Falſus huic pennas ſiluarum protulit auctor
Accipe pompei quarto naſonis habetur
Aſt aliquid pompei dicunt vulteiq; caiq;
Durus ait vultei nimis attentuſq; videris vij. E. hora.
Caius a prima tremebundus luce ſalutat mar. ix
Qd debes cai redde inquit pheb⁹ et illinc mar. ix
¶ I ſimul v iuncte vocali: conſone habentur
Continuo verumtamen vnica ſyllaba fiet
Vt ianus iuno vinum vacinia vellus
¶ V poſt g ſeu q vocali nempe ſequenti
Vim perdit: iam lingua docet iam pandit iniquus
Euaneſcit item dicendo ſueſcoue ſuetus
Dicendo et ſuauus: perſuadeo ſiue ferendo
Q̄ tu id maluiſti lucillius edidit ipſe tul de fin.
Stacius at dixit quas nox inopina ſuaſit i. the.
Flaccus item ſcribit fureſq; fereq; ſuete i. ſer.
Conſona vocalis facta eſt in perſoluenda
Nunc quoq; te ſaluo perſoluenda mihi oui. in epi. 6.

De ſcanſione

¶ Ex ijdem ac ijſdem vocalis tollitur vna
Seu potius binas vocales vertis in vnam
ij ſimul ijs tu monoſillaba dicere debes
Dij quoq; dijſq; ſimul tolletur littera prima
Semianimus lector ſemiuſtus ſemihominiſue
I perdunt quotiens ſcandendo diuido carmen
E dehinc amittit ſic deinceps e quoq; perdit
Oq; proinde ſuum dimittere debet vbiq;
E deerat perdit deeſt perdere vult ſimul illud
Cogitat vt ſpecioſa dehinc miracula promat
Flaccus in arte tulit. ſummus fert ipſe poeta
Vix ea dicta dehinc ꝓgreſſ⁹ mōſtrat et arā 8. enei.
Fracta dehic cūctis auerſaq; pectora bello the. 8.
¶ E quoq; ſepe fugit vocali poſt ſubeunte

Virgilius profert aluearia vimine texta 4. geor.
Nec tantū rhodope miratꝰ et iſmarꝰ orphea in bu.
Ferreiq; eumenidū thalami et diſcordia demēs in 6. enei
Jam validā ilionei nauem iam fortis achate i. E.
Caucaſeaſq; refert volucres furtūq; ꝓmethei v in bu.
Ilioni quidam verumtamen atq; promethi
Scribendū monuere ſyneresin efficiendo.

De Colliſione.

Ecthlipſis necat m vocalem aufert ſynalepha.
Multum ille et terris fuerat iactus et alto v. i. E.
Terminat m nomen quotiens vocalis et illud
Conſequitur prima eſt vocalis et m remouenda
Dictio precedens vocalem poſt retinendo
Jllam dimittit vocali quippe ſequente.
¶ Jd tamen haud ſemper poſſunt ſeruare poete
Inſule ionio in magno fert muſa maronis in. 3. E
Victor apud rapidum ſimoenta ſub ilio alto
Ter ſunt conati imponere pelio oſſam i. geor.
Et longum formoſe vale vale inquit iola v in bu.
Clamarent vt litus hyla hyla omne ſonaret v in buc.
Credimus an qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt
Egerit a ſtabulis o erithee tuis pro. 4.
Rumpe moras omnes turbataq; arripe caſtra v. 9.
Nomen et arma locum ſeruant. te amice nequiui
Saltem laudemus dummodo ipſe egeat Ca.
Bellorum pompa animam exalaſſet opimā ſa. x. iu.
Inſignita forent tum milia militum octo Ennius
Et formam contra poſitarum imagine coni priſ.
Viuendū eſt recte tum ꝓpter plurima cum his Juue. ix.
Aſt aliqui tamen ijs ſcripſere. conſona quo ſit.
¶ S cum vocali ſibi iuncta aliquando mouetur
Aut ouium fetus aut vrentes cuncta capelle ij geor.
Inter ſe coyſſe viros et decernere ferro in. xij. v

At ſeneca octavo vult eſſe . et cernere ferro
Diſpoſitis prediues hamis vigilare cohortez. ſa.4.iu.
¶ S quoqꝫ ſola perit te nanqꝫ exempla docebunt
Arboribus veteres decidere falcibus ramos lucre.5.
Affixus noſtris tu dabis ſupplicium Catul.
Sudor. ibi archano florētes igne ſmaragdos the.z.
Interea ſol albus receſſit in infera noctis Ennius
Linquimus inſani ridentes premia ſcribe i.ſer.

De verſu hipermetro.

¶ Exuperat verſus cui ſyllaba hipermeter eſto
Ecce furens animis aderat thirinthius omnemqꝫ
Acceſſum luſtrās huc ore ferebat et illuc viij.Ene.
Finem principio verſus adiunge ſequentis
Qua acceſſum dicens de cunctis ſic quoqꝫ fiet.

De aſpiratione.

¶ Vim quandam in verſu aſpiratio habere videtur
Haud tamen id verum eſt illa ſine nanqꝫ relegi
Carmina multa quibus ſynalephe nulla tenetur
Exempla oſtendi videas illa ſubeunte
Poſthabita coluiſſe ſamo hic illius arma i.E
Pontice cū licino hic qꝫ magnus homo eſt mar.in z.
Si fur diſpliceat verri homicida miloni z.ſa.iu.
Atqꝫ catullus ait iam dicetur hymeneus
Virgilius manibus hominū periiſſe iuuabit in.3.E.
Quid mirū plura inuenies non hac ſubeunte
Longa quidem prolata. licet correpta locanda
Dum ſanguis inerat lucani tertius inquit
Naz tibi tymbre caput euādrius abſtulit enſis v.4.
Luct⁹ vbiqꝫ pauor et plurima mortis imago v in.z.
Et furiis agitatus amor et conſcia virtus in.10.
Pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta in.4.E.
Noſtrorꝫ obruimur oritur qꝫ miſerrima cedes in.z.v
Liminaqꝫ laurusqꝫ dei totusqꝫ moueri 3.Enei.

Sideraqꝫ venticꝫ nocent auideqꝫ volucres  Oui in.5
Mittit hypermeſtra de tot mō fratribus vni.  Oui. i E

# De prima ſyllaba

Cto rite modis noſcetur ſyllaba prima
Seu poſitu ſeu diphthongo ſeu prepoſitiua
Deductu exemplo vel norma compoſitiue
Vocali ante aliam. poſitus tamen eſſe feretur
Cum poſt vocalem ponetur conſona bina
Vel plures aut x duplex aut zeta vel i ſit
Vt tempus. luſtrum. dixerunt. azimus. aio
Hinc ſemper longa eſt vocalis quelibet ante

## De liquidis.

¶ L tamen rqꝫ ſimul poſt mutam forte ſequentes
Vocalem efficiunt communem ſi breuis eſſet
Jd cyclades vel cyclades atqꝫ doryclus
Sic patris ac tenebre patris vel ſiue tenebre
¶ M ſimul n grecis liquide quocꝫ vocibus inſunt
Ecce inter primos therāneo a ſanguīe clauſi  ſil. 8.
M tanq̄ poſuit mutam Marcus tamen inquit
Delectat mariū ſi pernicioſus ichneumon  vīj.
Euterpe cohibet neue polymnia.  Ho. ode. 1.
Communem mediam grecis ſeruabit arithmos

## De diphthongo.

¶ Diphthongus grece producitur atqꝫ latine
Euterpe. predico. docent. breuiato preuſtus
Corripies etiam romane preire preeſſe.

## De prepoſitione.

¶ Compoſite de pre ſe di quocꝫ prepoſitiue
Sunt producende dirimo breuiare memento
¶ A ſimul e longa eſt vocali non ſubeunte
Amitto euado nobis exempla dabuntur
¶ Ab vel ad obqꝫ breue eſt vocali nempe ſequente

Nempe re corripitur refert producitur eſſe
Utile ſignificat quotiens diſtatue notabit
Producit redduco quidem. breuiatq; reduco
Dij tibi dent capta claſſem reducere troia   Ho. z. ſer.
Palma negata macrū donata reducit opimū.   ho. z. E.
¶ Pro longam doceo vocali non ſubeunte
Nam proauus prohibet ſoliti breuiare poete
Corripiunt etiam profugusue procella profanus
Tum pronepos propero proficiſcor ſiue proteruus
Sicq; profeſſus erit ve propheta profecto ꝓfundus
Adde ſimul dictiſue profuſus ſiue profectus
A prope ſiue procul dixerunt talia duci
Corripit et prologus. tu cetera noſſe labora.

De deriuatione.

¶ Deducte voces primaria rite ſequuntur
Hinc donum a dono veniens producitur vſq;.
¶ A breuibus deducta quidem producimus iſta
Junior et caſus ſtaturus tegula remus
Vitupero. humanus. laternaq;. ſecula. rapum
Legem. iucundus. binus. totus. quoq; regem
Regula vel denus nonus vocem quoq; trinus
Viginti. italiam vel macero venaq; vomer
Jumentum. pecus. iungatur ſecius humor
Sicilis. ac vomes: ceritus. iugera. ſedes
Cetera marte tuo poteris dignoſcere lector.
¶ Hec nata ab longis correpta reponere debes
Sume dicax. ſtabilis. manus et titulus vel ariſta
Junge lucerna. ſopor. quater atq; farina diſertus
Sic fragor aut fragilis ducis atq; tigillus oſella
Adde vadumue ſagax predictis adde ſigillum
Junge virum vel aquam. noto verbum. iunge quaternꝰ
Inde mamilla fides ſiquidem nato ſiue bubulcus
Hinc odium locium fatuuſue curulis acerbus

Et femur ac ligulam vel o maſum ſic et acervus
Cetera marte tuo poteris dinoſcere lector.

De exemplo.

¶ Exemplo utemur ratio cum deficit ulla
Inde ſiler brevis ſectans exempla maronis
Curva tenent ut molle ſiler lenteq; geniſte z. geor.
Hinc ruffine ſequar te cum penultima dices ruff.
Tullius hūc laudat cui ſit penultima longa
Tubera ſunt fungi. tuberes at poma vocantur.
Obiice producas obice ad correpta locetur
Correptum ſubicit productum ſubiicit eſto.
¶ Communem retinent primam quecunq; ſequuntur
Gradivus. pelion. palacia. ſive diana.
Himen. fidene. rubigo. liquorve pachinnus
Sicheus. tinee. vitrum. liquiduſq; ſicanus
Britanni. ac italus. bithinus. ſive profectus
Profundo verbum. cacus quoq; iunge propino
Procuro. orion. coſira ac inſula quedam
Hinnulus et cratis ſilenus criticus atq;
Rutilius. rudo. vel licas atq; pirene
Dolon. curetes. verum tu plura notabis

De Regula.

¶ Regula iam veniet qua ſyllaba prima patebit
Preteritum quotiens diſſyllabon invenietur
Producit primam ceu legi. tolle fidiq;
Tolle dedi atq; tuli ſtetit et bibit ac ſcidit ipſe
Abſcido abſcidi abſcindo tamen abſcidit effert.
¶ Preteritum geminans primam ſibi corripit uſq;
Pendeo demonſtrat ſolitum formare pependi.
Cetera preſentis naturam quippe reſervāt
His tamen exceptis. genui. poſui potuiq;
Nam gigno et pono poſſum quoq; longa notantur
Invenies reperi repuli retuliq; legendo.

Repperit inuenies et reppulit illud idem ſic.
¶ Producunt primã diſſyllaba cuncta ſupina
Vt luſum viſum tolluntur itumq; quitumq;
A cieoq; citum coniunge datumq; ſitumq;
Adde litumue ſatumue rutum ſtata iungere debes.

De Compoſitione.

¶ Compoſita accentu monſtrantur ſyllaba quanta eſt
Prelego prepono predico preparo dices.

De vocali ante vocalem.

¶ Vocalis ſubeunte alia correpta manebit
Nominibus noſtris. preter dius ſimul aer
Nomina greca tamen ſunt iſta ferenda latinis
Dicſio. fiebat item. ſed nempe ſequenti
R poſt e vt fierem fieres correpta docemus.
Greca quidem producta leges correptaq; multa
Aonides clio demonſtrat iulus iola.

# De media ſyllaba.

yllaba quinq; modis meſa noſcitur ipſa latinis
Diphthongo poſitu exemplo quoq; bino
Vocali ante aliam diuiſim cuncta patebunt.
¶ Diphthongus longa eſt poſitus q̃ longus habetur
Pandit leneus comedia ſiue repoſtus.
¶ Noſcitur exemplo fiducia quanta locetur
Omnis ſpes danaum et cepti fiducia belli z. Æ.
Bachius ruffinus ait non bachius autem
Principium bachius erit concludet hiambus
Communis medias quedam ſeruare notabo
Contudit ſiphacem pharſalia ſiue bathaui
Cyane cyãne lecithus lecithus atq;
Connubium cybele bebricis ſiue cybelle
Orion dices orionis ac orionis
Aegeona ferunt aegeona ſepe poete

Porſena ficedule porſenna et iunge ſicanus
Plura quoqꝫ inuenies iſtis relegendo poetas.
¶ Cōmunem retinēt mediam ablatiuꝰ eodẽ
Ne placeat curru ſeruus portatur eodem Ju. ſa. x.
Non eodem curſu reſpondent vltima primis
Hoc eodem ferro ſtillet vterqꝫ cruor pro. I.
Vno eodemqꝫ tulit partu maro protulit ipſe Iz.
Sic etiam dices in eadem poſſe notari
Vna eadēqꝫ via ſanguiſqꝫ animuſqꝫ ſequūtur x. v
Hec eadem rurſus ligdame cura vie pro. 3.

De accentu.

¶ Accentus lex eſt qua ſyllaba tollitur ipſa
Deprimiturue tibi quicqꝫ romane ferendo
¶ Eſt grauis accentus circumflexus vel acutus
Aſt circumflexus vocem leuat et premat ipſam.
¶ Noſcitur accentu ſolum penultima quanta eſt
Sydera latratus fortuna vel indicat ample
Semper vbiqꝫ feras vel ibidem corripe nunqꝫ.
¶ Ante aliam ſemper vocalis corripietur
Vocibus in noſtris. vt gloria filius. at dic
Vnius vnius vel ſic cognata reponas.
Alterius tantum vel alius dicere debes.
¶ Conſona precedens es quinte res tibi monſtrat
Tradit e correptum genitiuo ſiue datiuo
Nanqꝫ rei format fideiqꝫ fides generabit.
At ſi precedet vocalis longa fit e tunc
Oſtendit facies faciei ſiue diei
Aulai pro aule recte producere debes.
¶ Dic choream plateam ve choream ſiue plateam
Sic maleam dic ſiue maleam nomina greca
Corripiunt partim partim producta videbis
Oceanus ſimois docet id ſpondeus. oreas.

# De vltima ſyllaba

Ltima noteſcet triplici ratione latinis
Dyphthõgo vt muſe . poſitu quoqꝫ ſicut amarẽt
Regula predictis q̃ plurima iungitur apte.

In A

❡ Omnia lector in a debes producere ſicut
Interea contra . tolles ita vel quia tantum
Vltra vel fruſtra verum communia legi
Ima vehunt celi luxit dũ fruſtra frequenter ruff.
Curaqꝫ nil prodeſt nec ducitur vltra cicatrix. ſerenus
Induperatiuum prime producito ſemper.
❡ Caſus in a breuis eſt preterq̃ ſextus vt aula
Quintus item grecus quem rectus in as generabit
O palla enea diama bicia peleaqꝫ.
❡ In rectoqꝫ etiam muliebria ſepe pelaſgum
Produxere velut tegea nemeaqꝫ rheaue.
❡ In ginta inuenio communia corripe genta
Quadringenta docet vel quinquaginta michael
Quinquaginta viros prologo dixere ſecũdo in th.
Quadraginta dedit gracchus ſeſtercia dotem. iuue. z.

In E

❡ Producuntur in e monoſyllaba me ceu te ſe
Ipſaqꝫ pro et breuiat. que longa eſt ſemper vbiqꝫ
Rite ne pro an breuis eſt prohibens ne longa manebit.
Ne quoqꝫ pro certe vel pro vt non longa docetur
Ve populo dicens producas corripe pro vel
Femineum nomen grecorum ſit tibi longum
Penelope lybie nerine pandit abunde
Quinte ablatiuum produc terne breuiabis
Excipiturqꝫ fame. tabe communis habetur
Diphthongus prime genitiui ſiue datiui
Recti vel quinti plurales ſunt bene longi

Exemplum muſe demonſtrat ſiue poete.
¶ Quippe vocatiuus prime ſextuſue pelaſgum
Producunt ſemꝑ. docet anchiſe vel achate.
¶ A dandi caſu deducta aduerbia produc
Eſumunt quotiens mutato o pandere poſſunt.
Docte vel ſtulte. breuia male vel bene ſemper
Illa fere ferme quare et producere debes.
¶ Induperatiui longi quoqꝫ ſunto ſecunde
Dic vale ſiue vale quoniam reperitur vtrunqꝫ
Idqꝫ quod ignoti faciunt vale dicere ſaltem  i. triſ.
Tu tepe communem lector cale vel lique ponas
Alta tepefaciet permixta ſanguine cede  Catul.
Tura liquefaciunt peligni ſeptimus inquit.
¶ Omne aliud iamiā poliſyllabon eſt breuiandū
Scribere demonſtrat prope gauſape cepe cubile.

In I

¶ I finita velut ſtudui producito cuncta.
Grecorum quintus ceu thebai corripietur.
Sicqꝫ datiuus aget d iuncto id phillidi monſtrat
Tindari verum paridiqꝫ propertius inquit  in. 3.
Statius at thethydi quare ſic plurima cernes
Precipue quotiens is nomina greca tenebunt.
¶ Aſt vbi ſiue mihi tibi vel ſibi lector ibi ue
Communes legi. niſi vel quaſi corripiuntur.

In O

¶ Omnia ceu do ſto monoſyllaba longa feruntur
Producunt breuiantqꝫ ſimul poliſyllaba verba
Nomen item veluti curro currendo catoue.
¶ Ablatiuus enim producitur atqꝫ datiuus
A domino monſtrat duo ſemper corripietur.
Sepe ego communem ſacri poſuere poete.
Frater ego tibi ſim filius vnus ego  pro. in 2.
Grecula ceu dido vel ſappho longa tenebis.

¶ Tanto vel quanto ſic cuncta adverbia produc
Illico corripies modo mutuo vel cito ſemper.
Commune eſt ergo crebro ſero atq; profecto.

In V

¶ V longum pones veluti cornu vel amatu.

In C

¶ In c producas ceu fac dic duc ſimul allec
Excipitur donec lac nec quia corripiuntur.
Hic pronomen erit commune. alias bene longum.

In B D M T

¶ B d corripiunt ſic m t ni poſitus ſit
Vel ſit diphthongus vel ſincopa facta poetis
Sub vel ob oſtendunt ad ſed caput occiput: vnq;
Inſignita forent tum milia militum octo — Ennius
Magnus ciuis obit et formidatus othoni — ſa. 6. Iu.
Quis neſcit aut quis no,, vidit vulnera pali.

In H

¶ Ah vah producunt.

In L

¶ L breuies ſemper ceu ſal ſemel hanibal et mel.
Sol nil produces gabriel pol ſiue michael.

In N

¶ N producatur ceu titan quin helicon ſplen
Excipe tu forſan vel forſitan attamen exin
In vel an atq; viden ſic creſcens per genitiuum
Vt nomen producit hymen ſyren quoq; ſemper
An vllas preferre preces balbus tamē inquit. — in 6. b.
¶ Rectus in in delphin demonſtrat lōgus habetur
Ilion ac pelion breuias ſic plura pelaſgum.
¶ Quartus in in breuis eſt ceu tigrin tyrſin et iſin.
Quartus in an prime vel in en producitur vſq;
Indicat enean anchiſen penelopen ue.
¶ Feminei quart⁹ dans an breuiatur vbiq;

Maian vt eginan ſed naſo in triſtibus inquit z.
Qui legis electran et egentem mentis oreſtem.

In R

¶ Omnia lector in r correpta vt ceſar et imber
Producas aer crater ꝗ ſtater ꝗ caracter
Sic et iber ether cur fur panther quoꝗ lar far
Ver mar par diſpar vel compar compoſitiua.
Cor cōmune leges amor atꝗ dolor pauor atꝗ
Plurima ſic etiam. ni forte figura notetur.

In As

¶ As finita velut pietas producito cuncta.
Corripe greca tamen ſi dis genitiuus habebit
Palladis vt pallas. plurales corripe quartos
Grecorum terne. velut archadas ac elephantas.

In Es

¶ Es retinens produc ſpecies oſtendit et heres
Corripe multa tamen penes inquies es quoꝗ verbum
Compoſitiua ſimul breuis et penultima creſcens
In quibus eſt breuia. ceres vt miles ſimul hoſpes.
Hec tamen excipimus paries aries abies ſpes
Reſꝗ ceres et ſpes iungātur compoſitiua.
Plurales caſus grecorum corripe ſemper
Lampades accipiam vel troades aut garamantes.

In Is

¶ Is correpta manet tum grecis tumꝗ latinis
Vt paris ac ignis produc ſimois piroiſꝗ
Thetyos et thetys ac tethydis breuianda.
Sic micat aut rutilus pirois aut ore coruſco Colu.
Et formidantem patrios piroenta dolores
Balbus ait quito recto ei diphthōgus habet̃ priſ.
Delphis delphinis. ſic aris. ſic et eleuſis
Vel delphin arin et eleuſin longa manebunt
Producti recti quibus a penultima creſcens

Longa datur patrio ſamnis ſamnitis id offert
Caſus in is numeri longus pluralis habetur
Vt quis vel nobis dominis vis ſis quoq; longe
Sic nolis quãuis adſis et compoſitiua
Is vero quis bis mis tis ſunt corripienda
Verborum quarte velut audis vltima longa
Neſcis vel dormis communia legimus eſſe.
Producunt fueris dederis legeriſq; poete
Longa velis mauis is verbum et compoſitiua
Vt tranſis vel adis vel obis ſic cetera cuncta.

In os

¶ Os longum fiet velut os oris ve ſacerdos
Os tamen oſſis habens. breuiandum compos et inops:
¶ Corripe greca velut chaos ilios ac genitiuos
Thetyos iliados longa heros tros quoq; minos
Androgeos et athos vel rinoceros phileroſue.

In Vs

¶ Vs breue ceu marius. monoſyllaba longa velut thus
Sic etiam tellus quibus et penultima creſcit
Longa quidem ſemper. palus eſt communis habenda
Quarta autem patrium producit tris quoq; plures
Longi grecorum patrij diduſue calipſus.
¶ Longa manent hydrus panthus amathuſue melamp⁹
Pus retinens breue fit quotiens iunxere ſecunde
Edipus oſtendit grece edipos atq; melampos.

De verſu pentametro.

¶ Elegiacum metrum binis verſibus conſtat hexametro
Heroico ſubiuncto quinario.

Carmen ſapphicum hendecaſyllabum.

¶ Condere conſtituam ſapphus a nomine carmen
Ante trocheus erit ſpondeus dactylus inde
Primus item binus. tribus autem verſibus actis
Verſiculum herous ſpondeus et edere debent.

Ad michaelem augurem.

¶ Te deus ſummo titulo decoret
Tradat et mundi regimen ſuperbi
Regiam poſt hec teneas olympi
Care michael.

Metrū dactylicū aſclepiadeum.

¶ Metro aſclepiadis ſpondeus dactylus inſit
Hinc ceſura datur, duplex ſit dactylus inde.

Ad hieronymū maſeriū forolivienſem.

¶ Jam tempus redeas dulcior omnibus
O mi divitijs culte hieronyme
Magnam cui tribuit iuppiter optimus
Rerum notitiam cui loca ſyderum
Cui celi ratio cunctaqꝫ climata
Noſcuntur penitus carmine dulcior
Nato caliopes cultus in omnibus.
Quare iam repetas atria principum.

Metrū phalecium hendecaſyllabū.

¶ Quinqꝫ pedes verſus capit hendecaſyllabus apte
Spondeum heroum, capiet tris inde trocheos.

Ad lectorem.

Parvo precipies labore noſtris
Artem carminibus benigne lector.
Non parvo mihi conſtitit docere
Nam legi varios diu libellos
Quo poſſet mea tutior vagari
Clio. iam valeas amice felix.

¶ De pedibus metrorum
ſm Fabium et Diomedem.

¶ Spondeum faciet diſſyllaba dictio longa — vt muſe
Cōtra eſt pyrhychius periamb⁹ dibrach⁹ atqꝫ — vt pius
Longa breviſqꝫ dabuntur choreū ſive trocheū — dixit
Prima brevis tū lōga ſequēs formabit hiambū — amant

Ipſe chore⁹ erit tribrachuſiue troche⁹ habend⁹
Quod nono fabius meminit romane michael.

Octo triſallabi.

Dactylus e longa fiet breuibuſqꝫ duabus vt marti⁹
Dactylus herous quoqꝫ dicitur vt fabius vult
Binis e breuibus longa ſimul eſt anapeſtus ſpecies
Hic etiam fertur grece antidactylus idem
Treſqꝫ breues tribrachum faciunt referet bene monſtrat
Tris longaſqꝫ moloſſus habet contrarius illi cantabāt
Junge duas longaſqꝫ breui ſic amphimacr⁹ fit charitas
Pes tamen a fabio vocitatur creticus idem.
Inter longa breues amphibracus eſt vt amanꝰ
Eqꝫ breui bacchius erit longiſqꝫ duabus. egeſtas
Si binis longis correpta eſt ſyllaba iuncta
Antibachiuſiue palimbacchius habeꝰ. natura

Sedecim tetraſyllabi.

¶ At ꝓceleumatico correpte quattuor inſunt āriete
Eſt diſpondeus ſemper contrarius illi vt oratores
Longa breuis dehinc longa breuis iungātur in vnum
Ditrocheus erit vel dichoreus habendus vīdicator
Eſt breuis et longe breuis et longe dyambus amenitas
Longa dueqꝫ breues et longa ſimul coriambū v̄ſificans
Antipaſtus erit breuis et bis longa breuiſqꝫ vt videreꝰ
Tuqꝫ duas longas breuibus p̄pone duabus deponite
Jonicus maior. minor eſt contrarius illi. diomedes
¶ Prim⁹ erit peon longa breuib⁹ tribus adde leticia
Longa ſecunda breues alie tres ſitqꝫ ſecund⁹ amabilis
Tertia longa breues alie tres tertius extat alienus
Quartaqꝫ longa breues alie tres quart⁹ habeꝰ celeritas
Prima breuis longe tres primū dāt epitritum ſacerdotes
Sitqꝫ ſecunda breuis lōge tres ſitqꝫ ſecundus cōditores
Tertia ſitqꝫ breuis tres longe tertius eſto hereditas
Syllaba quarta breuis lōge tres quart⁹ habeꝰ. oratoris

Hippius hic etiam fertur pes a diomede.

Communium ſyllabarum teſtimonia.

¶ At qui condiderat poſtq̄ non repperit aurum
Aptauit collo quem reperit laqueum. auſonius
Reppulit a libycis immenſum ſirtibus equor luca. 1
Queq̃ feros repuli doctis medicatib⁹ ignes medea
Rettulit et ferro rheſumq̃ dolonaq̃ ceſos penelo
Si reditum retuliſſet is aut in tempore lōgo Ca.
Gradiuus quantas populis ſpoliauerit vrbes 4 theba.
Gradiuumq̃ patrem geticis qui preſidet aruis v.3.
Inclyta amazonidū magnoq̃ exorta gradiuo bal.4.
Et genus a magno ducentem forte gradiuo metha.6.
Pelion hemonie mons eſt obuerſus in auſtros 5.faſto
Oſſaq̃ cum pelio cumq̃ hemo ceſſerit othris Sil.3.
Haud timeam magni dixiſſe palacia celi 1.metha.
Quam tanti fuerit eadem vt palacia cernas ſil.12.
At noua contemptis ſurgant palacia flammis Sta.1ſil.
Exercet diana choros quam mille ſecute v.1.
Tergeminamq̃ hecaten tria virgis ora diane v.4.
Hymen o hymenee hymen ades o hymenee Cat.
Affuit et ſertis tempora vinctus hymen oui.epi 6
Viuat fidenis et agello cedo paterno Iuue.6
Hi tibi nomentum et gabios vrbemq̃ fidenam v.6.
Exeſa iuuenes ſcabra rubigine pila v.1.ge.
Vteris ore aliter nimiaq̃ rubigine captus mar.in 2.
Pondus vti ſaxis. calor ignis. liquor aquarū lucre.1.
Fiet vti cibus omnis et aridus et liquor ipſe lucre.1.
Preſtat trinacrij metas luſtrare pachynni v.3.
E quib⁹ imbriferos v̄ſus pachynn⁹ ad auſtros 13.met.
Huic coniunx ſicheus erat ditiſſimus agri v.1.
Anna fatebor enim miſeri poſt fata ſichei v.4.
Natura interno cum viſcere tinea ſerpens Serenus
Agreſtes tinee res obſeruata colonis 15.metha

| | |
|---|---|
| Condantur parco fuſca phalerna vitro | mar in. 2. |
| Candida ſic puro numerantur lilia vitro | mar in. 2. |
| Craſſaq; ꝯueniunt liquidis et liquida craſſis | lucre. 4. |
| Fida reor fraterna erycis portuſq; ſicanos | v. 5. |
| Sicano pretenta ſinu iacet inſula contra | v. 3. |
| Sicanio pretenta legunt aliqui tamen illud | |
| Sicanium dedit vſq; fretum balbus canit ipſe | |
| Et penitus toto diuiſos orbe britannos | v |
| Nam quid britannis celum differre putamus | lucre. 6 |
| Hinc auguſtus agens italos in prelia ceſar | v. 8. |
| Coniecto ſternit iaculo volat italia cornus | v. 9. |
| Bithino phrigioue ſatum ſed quem ſua noto | bal. 3. |
| Quanq̃ et cappadoces faciāt eq̃teſq; bithini | Ju. 7. |
| Hec quoq; profecto ludebat iaſone varro | pro. 2. |
| Archades his oris genus a pallante profectū | v. 8. |
| Has poſtq̃ meſto profudit pectore voces | Catul |
| Impia dementis vulgi et vix tota profudit | Sil. 11. |
| Cacus auentine timor atq; infamia ſilue | 1. faſ. |
| His cacus horrendū tiberino gurgite monſtrū | metha. 9. |
| Hiſcere tanq̃ habeas tria nomina qn̄ ꝓpinat | Juue. 5. |
| Cenat propinat poſcit negat iuuit vna | mar. 1. |
| Riſit et his inquit facito mea tela procures | faſ. 3. |
| Procurate viri et pugnam ſperate parari | v. 9 |
| Quum ſubito aſſurgēs fluctu nymboſ⁹ orion | v. 1. |
| Enſifer orion equore merſus erit | 4. faſ. |
| Fertilis eſt melite ſterili vicina coſire | Faſ. 3. |
| Et bellare tabas docilis coſiraq; parua | ſil. 14. |
| Atq; hinuli pellis totos operibat amantes | pro. 3. |
| Vitas hinuleo me ſimilis cloe | ho. ode 23 |
| Huc lic⁹ huc ſagar peneuſq; hipaniſq; crathiſq; | o in pon. |
| Crathis et hinc ſibaris noſtris ꝯterminꝰ oris | 15 meth. |
| Silenum pueri ſomno videre iacentem | vi. b |
| Quantū oīs mūdus gaudet cantāte ſileno | 6. b. |

| | |
|---|---|
| Vt critici dicunt leuiter curare videtur | ho. epi. z. |
| Equalis liber eſt critice qui malus eſt | mar. 7. |
| Et graue magnanimi robur mirare rutili | 1. ponto. |
| Hanc tibi prepoſito memorant dixiſſe rutili | Faſ. 6. |
| Fame rutilium ſue relinquas | mar. 5. |
| Vincla recuſantum et ſera ſub nocte rudentū | v. 7. |
| Findor vt archadie pecuaria rudere credas | perſi. |
| Inde licam ferit exectū iam matre perempta | v. 10. |
| Protinus anteū et licam prima agmina turni | v. 10. |
| Nō ſine me eſt tibi pt⁹ honos tua bella pyrene | the. 1. |
| Pyrene miſit populos qui nomen ab amne | ſil. 14. |
| Antiqui proles bello preclara dolonis | v. 12. |
| Rettulit et ferro rheſumqꝫ dolonaqꝫ ceſos | penel. |
| Illic bellaci confiſus gente curetum | luca. 4. |
| Celme ioue largoſqꝫ ſatos curetes ab imbri. | meth. 4. |

## Medie communes.

| | |
|---|---|
| ¶ Viroſqꝫ valētes. ptudit crudelis hyems. | En. |
| Speratū meritis diram qui contudit hydrā | ho. z. epi |
| Tolle tuū precor hanibalem victūqꝫ ſiphacē | iu. 6. |
| Cōpulimus dirū ſiphacem fractūqꝫ metello | clau. 3. |
| Pharſaliā coeunt pharſalia tecta frequentāt | cat. |
| Vangiōes bathauiqꝫ truces quos ere recuruo | luca. 1 |
| Hic petit euphraten iuuenis domitiqꝫ bataui | iu. 8. |
| Inter ſicilidas cyane celeberrima nymphas | meth. 5. |
| Cognita cyane preſtanti corpore nympha | metha. 9. |
| Lecythus. de hoc vide grecum vocabulariū. | |
| Connubio iungam ſtabili propriamqꝫ dicabo | v. 1. |
| Experiar numi dūqꝫ petam connubia ſupplex | v. 4. |
| Occurrit comitum nymphe quas alma cybelle | v. x. |
| Vel tuque tardo moniſti fune cybellen | pro. 4. |
| Hinc vidue cybeles illinc ſacraria veſte | mar. 7. |
| Bebrycis et ſcythici procul inclemencia ſacri | bal. z. |

| | |
|---|---|
| Poſſeſſus baccho ſeua bebrycis in aula | ſil. in. 3. |
| Enſiferi nimium fulget latus orionis | luca. 1. |
| Aut elicen iubeo ſtrictumqꝫ orionis enſem | meth. 8. |
| Atqꝫ auro rude fulmen habent orionis alti | the. 2. |
| Aegeona ſuis immania terga lacertis | meth. 2. |
| Hec centum gemini ſtrictos egeonis enſes | clau. 3. |
| Necnon tarquiniū eiectū porſenna iubebat | v. 8. |
| Hanc ſpectare manum porſena non potuit | mar. 1 |
| Cerea que patulo lucet ficedula lumbo | mar. 13. |
| Mergere ficedulas didicit nebulone parēte | iuue. 14. |
| Fida reor fraterna erycis portuſqꝫ ſicanos | v. 5. |
| Sicana nunc tellus nunc littora ibera cruore | ſil. 16. |
| Ionioqꝫ mari maleeqꝫ ſequacibus vndis | v. 5. |
| Deſtinet et rauce circumtonat ira malee. | the. 7. |

Finis.

¶ Mancinellus Auentino Picio. S. P. D.

¶ Ea quidem omnia pertinaci opera curaqꝫ intenta et diligenti queſita mihi fuere vt noſti Inclyte adoleſcens Tardi nanqꝫ ingenij eſt (qđ et Cicero meminit) riuulos cōſectari fontes rerum nō videre. Itaqꝫ locis ſuis auctorꝫ nomina librorumqꝫ numeros certos appoſui. Vale noſtri memor ex vrbe nouembris idibus. 1488.

w Poznaniu

¶ Que poemati heroicis verſib⁹ cõtexto gra-
tiam et ſplendorem afferant Ex Frãciſco Ma
taratio Peruſino viro diſertiſſimo.

Multa ſunt que poemati heroicis verſibus ꝯtexto
gratiam et ſplendorem afferũt Sed illud in pri-
mis ſi duo vel tres aut etiã plures ꝟſus nexu ora
tionis et contextu veluti catena quadam inter
ſe ꝯnectant̃. ſic. Eſt in ſeceſſu longo loc⁹: inſula portum
Efficit obiectu laterum: quib⁹ oĩs ab alto Frangit̃ in q̄ʒ ſi-
nus ſcindit ſeſe vnda reductos. ¶ Delectat plurimũ
Anadiploſis cum vltima prioris verſus dictio in ſequentis
principio iteratur vt Sequitur pulcherrimus aſtur Aſtur
equo fidẽs. et Ardentia lumina fruſtra Lumina: nam te
neras arcebãt vicula palmas. ¶ Verbi in principio ver
ſus poſiti in eiuſdem fine concinna eſt et elegans repetitio
vt Multa ſuper priamo rogitans ſuper hectore multa. et
Ante etiam ſceptrũ dictei regis et ante. ¶ Item relatio
eiuſdem verbi: aut ſimilis ꝑ principia verſuũ plurimorũ.
vt Nate mee vires mea magna potẽtia ſolus Nate patris
ſummi qui tela typhoea temnis. et Spes tu nũc vna ſenec
te Tu requies miſere decus imperiumq̄ʒ latini Te penes.
¶ Pulchrum eſt nonnunq̄ʒ homeoteleuton in verbis pre-
cipue ſubiũctiuis. vt Rite ſecũdarent viſus omnemq̄ʒ le-
uarent et Illum et labentem teucri et riſere natãtem. Si-
militer ſemihomeoptoton. vt Senſit Neptunus et imis
Stagna refuſa vadis. ¶ Commendant̃ quoq̄ʒ etiã illi
verſus quorum ſimiles ſunt exitus. vt Flamma media ipſa
tenebat Ingentem et ſumma teucros ex arce vocabat.
¶ Verſus quoq̄ʒ interiectus decorem affert. vt Ille ſimul
manib⁹ tẽtat diuidere nodos Perfuſus ſanie vittas atroq̄ʒ
veneno Clamores ſimul horrendos ad ſidera tollit. medio
ſublato integer in reliquis ſenſus manebit ¶ Conue-
nit concitatiõi eiuſdem dictionis in eodẽ verſu ſine aliqua

Anadiplosis

Anadiplosis

dilatione geminatio. vt Meme adſum qui feci. in me cõuertite ferrum O rutuli ¶ Frequẽs vocaliũ concurſus pleniorem ſepe et grauiorẽ efficit verſum: eiq; elegantie adĳcit plurimum preſertim ſi eiuſmodi fuerint vt hiatu quodam orationis ad eam exprimendã opus ſit. Virgili⁹ de polyphemo Monſtrũ horrendũ informe ingens cui lumẽ ademptum. ¶ Illuſtrat non nihil poema adiectio repetens cum ab eadem dictiõe cũ ſenſus ſuperior terminatˀ inferior incipit: ac deinceps quaſi per gradus idẽ dicendi ordo ſeruatur. vt Torua leena lupum ſequitur: lupus ipſe capellam Florentẽ cythiſum ſequitˀ laſciua puella Te corydono Alexi. Ouidius Mars videt hãc viſamq; cupit: potiturq; cupita. ¶ Illud quoq; non diſplicet cũ ſingulis noĩb⁹ epitheta ꝯiuncta ſunt. vt Marſa nauis: peligna cohors: feſtina virum vis. ¶ Item cũ caſuũ varietate oratio diſtinguitˀ. vt littora littorib⁹ ꝯtraria: fluctibus vndas Imp̃cor arma armis pugnent ipſiq; nepotes. ¶ Verſus quoq; plurib⁹ ꝯiũctionib⁹ nexus creber eſt. vt Tectũq; laremq; Armaq; amycleumq; tamen: creſſamq; pharetram. ¶ Familiares autẽ figure poetis ſunt Metaphora Metononymia Hyperbole Allegoria Ironia. Et metaphora quidem eſt rerũ verborũq; trãſlatio a propria ſignificatione ad non propriaz decoris aut neceſſitatis: aut cultus aut amphaſeos gratia Et ſit quattuor modis. Ab animato ad animatũ. vt Tiphim aurige celeres fecere carine. Ab agitatore ad gubernatorẽ trãſlatio eſt. Ab animato ad inanime. vt Atlantis cinctũ aſſidue cui nubib; atris Piniferũ caput et vento pulſatur et imbri. Mons em̃ animã non habet cui hominis mẽbra tribuuntˀ. Ab inanimi ad inanimatum. vt ambo florentes etatib⁹. Ab inanimi ad inanime vt Sequitˀ cumulo preruptus aque mons. ¶ Metonymia eſt veluti tranſnominatio quedã. que fit multis modis. Aut eñ per id quod ꝯtinet id quod ꝯtinetˀ oſtẽdit. vt

Nunc pateras libate ioui. et celo gratiſſimus amnis. aut
ꝯtra Crateras magnos ſtatuūt et vina coronant: aut ꝓin
uentore res inuenta. vt vinumqꝫ precatꝰ. aut contra. vt ce
reremqꝫ caniſtris Expediūt. ¶ Hyperbole eſt dictio fidē
excedens minuendi augendiue cauſa. Minuendi vt ſurdi
or ſcopulis: leuior folio: tardior teſtudine. Augēdi vt ni-
ue cādidior. et apud Virgiliū. Illa vel intacte ſegetis per
ſumma volaret Gramina nec teneras curſu leſiſſet ariſtas
vel Mare per mediū fluctu ſuſpenſa tumenti Ferret iter:
celeres nec tingeret equore plātas. ¶ Allegoria aliud di-
cit aliud ſignificat ꝑ ſimilitudinem aut ꝯtrariū. vt apud
Virgiliū Et iam tempꝰ equū ſpumantia ſoluere colla. ſi-
gnificat eñ finiendū carmen eſſe. ¶ Ironia a Quintili
ano vocatꝰ illuſio: et in contrariū reddit ſenſus verborum
ꝓnūciationis grauitate vt Egregiam vero laudē: et ſpolia
ampla refertis Tuqꝫ puerqꝫ tuꝰ. hic niſi ꝓnūciatiōis graui
tate vſi fuerimus: laudantis videbitꝰ oratio: non vitupan
tis: et ꝯfitentis: non negātis. ¶ Parabola item ꝛ para
digma atqꝫ alie multe frequētiſſime a poetis vſurpantꝰ: et
modis multis fiunt. quod apud grāmaticos licet cogno-
ſcere. Non eñ omnia perſequi nobis in animo fuit: ſed
monere te dumtaxat quibꝰ poemata ſiquādo aliquid ſcri-
bes quod cito arbitror fore: ea es ingenij bonitate: vt lumi
nibus diſtingui poſſint. Sed in primis Periphraſis quaꝫ
nos circumlocutionem vocamꝰ. Hec longiore verborum
ambitu rem deſcribit que breuiter exprimi potuit: aut or-
nande rei cauſa que pulchra eſt: aut vitāde que turpis eſt.
et ornande quidē rei cauſa. vt Et iam prima nouo ſpar-
gebat lumine terras Titani croceum linquens aurora cu-
bile. Potuit eñ dici dies ortus erat: vitande vero. vt Pla-
cidumqꝫ petiuit Coniugis effuſus gremio per membra ſo
porem. Itē nimio ne luxu obtuſior vſus Sit genitali ar-
uo et ſulcos oblimet inertes. quo circuitu difficilem femi-

ne conceptum poeta ſignificauit. ¶ Sunt et vitia non nulla que effugere conueniat: et tamen apud ꝓbatos auctores frequēter reperiunt̃. verū ope in longo. in quo qn̄qꝫ bon⁹ dormitat homer⁹. qđ flacc⁹ ait. Pleonaſm⁹. vt. ſic ore locuta eſt. Macrologia lōga nimiū deſcriptio. vt Poſtera lux ſummo ſpargebat lumine terras Orta dies cū primuꝫ alto ſe gurgite tollunt Solis equi lucemqꝫ elatis narib⁹ efflant. Amphibologia. vt Aio te eacidem romanos vincere poſſe. hic ſenſus vitio ambiguitatis ꝓprietate caret. Tantologia. vt Ipſe egomet venio. Sufficiebat em̄ dicere ego venio. Tapinoſis cū res magna humiliter exponit̃. vt apparent rari nantes in gurgite vaſto. gurges enim non maris ſed fluminis eſt. ¶ Vitand⁹ eſt ꝯcurſus vocaliū preſertim cū ſynalepha nō fit. vt Si pereo hominū manib⁹ periiſſe iuuabit. ¶ Cauendum preterea ne in ꝯſimiles caſus exeant diuerſa verba. vt Merentes: flentes: lachrymantes ac miſerantes. Contra ne ab eiſdem litteris diuerſa nomīa aut verba incipiant. vt O tite tute tati tibi quāta tyranne tuliſti ⁊ Caſ⁹ caſſandra canebat. qđ tamen non nunqꝫ cum decore fit apud virgiliuꝫ. Sale ſaxa ſonabant. S em̄ littera qđ et Quintilian⁹ ait ſibilum habet quamur mur aque ſcopulis illiſe exprimi videt̃. Idem poeta artificioſe r litteraꝫ frequētauit cū de Orontis naui tempeſtate obruta loqueret̃ Torquet agēs circū et rapidus vorat equore vortex. rem em̄ geſtam murmur verborū imitari videt̃ ¶ Animaduertendū etiaꝫ ne ſit indecens ſtructura ỽboꝝ. ¶ Fugienda eſt cacozelia hoc eſt nimia decoris affectatio ꝑ quā aut nimio tumore ſentētia corrūpit̃ vt Iuppiter o preſens celi qui ſidera torques Ore tuo dicēda loquar. aut nimio cultu. vt Aureus axis erat: temo aure⁹: aurea ſumme Curuatura rote: radioꝝ argenteꝰ ordo Per iuga chryſoliti poſiteqꝫ ex ordine gemme. ¶ Plurima ſunt p̄terea que imitari: pluria que vitare te velim. Sed ea tu veterū

et ꝓbatoꝝ poetarũ lectione cognoſces. Vnũ tamen eſt qđ te monere in primis vtile viſum eſt Cũ tria omnino ſint dicendi genera humile: mediocre: ſublime ꝓprijs electis et cõmodis vocabulis in quolibet genere vtendũ eſſe Virgilij exemplo qui ne in mediocri caractere lucernam diceret que humili conuenit: aut lychnum qui grãdiloquo teſtã elegit dicens teſta cũ ardente viderent Scintillare oleum. Idem in ſublimi vulgaria vitauit vocabula. et lychnum non lucernam aut teſtam: cererem non panem vſurpauit Materie ergo et perſonis v̄ba accõmodanda ſunt: qđ optimorũ: ſed virgilij in primis imitatione ſuare perdiſces.

## De verſu Elegiaco.

¶ Elegiam decet eſſe verſu leni et minime aſſurgenti: vt ꝓdire ſua ſponte ex ore noſtro videat̄. ¶ Vitandũ eſt ne ꝯſtructio ad tertiũ verſum ſuſpendat̄. et ne crebra fiant comata: ſed in ſingulis verſibꝰ ꝑfecta oratio ſit ad exituz vſq̄ verſus ꝓducta: quod videt̄ diligentiſſime ſeruaſſe Tibullꝰ Quitiliani iuditio ceteris qui elegiam ſcriptitauerũt preferendus. Et pentametrũ quidem ſemꝑ teretem eſſe ꝯuenit purũ. argutũ. qualem apud ꝓbatos legimꝰ: quos ſi ſequi volueris non poteris non commode et elegganter ſcribere.

¶ Hec ſcripſit Fran. Mataratius Peruſinus ad Petruz paulum Cornelium eruditum et ingenuũ adleſcẽtem.

¶ Joannis Cubitenſis de quibuſdam lyricis carminibꝰ ad Mattheum Lupinuz Libellus.

¶ De carmine aſclepiadeo.

Sclepiadeũ carmen quattuor pedibus conſtare inuenio. Nam in prima regiõe ſpondeũ: in ſecunda et tertia coriambũ et in nouiſſima pyrrhichiũ frequẽtiſſime inuenies. Horatiꝰ. Mecenas atauis edite regibus. Scanditur ſic. Mece: nas atauis: edite re: gibus.

De carmine Sapphico.

¶ Sapphicum carmen pedes quinqꝫ poſſidet. Nam ſede prima trocheū: ſecunda ſpondeū: tertia dactylū: quarta trocheū: quīta ſpondeū vel trocheū quē ſepiſſime recipit.

De carmine adonico.

¶ Adonicum carmen ex duob⁹ dumtaxat pedib⁹ hoc eſt dactylo et ſpondeo ſiue trocheo ꝯficitur. Sapphicis adonica carmina ita a pleriſqꝫ ꝯiunguntur vt poſt tris ſapphicos verſus vnum carmen ſequatᷣ adonicum. vt horatius. Iam ſatis terris niuis atqꝫ dire Grādinis miſit pater et rubenti Dextera ſacras iaculatus arces Terruit vrbem.

¶ Sapphica ita ſcanduntᷣ Iam ſa: tis ter: ris niuis: atqꝫ: dire: Grādi: nis mi: ſit pater: et ru: benti: Dexte: ra ſa: cras iacu: latus: arces. Adonicū carmen qua ratiōe ſcādi oporteat nemo qui dactylū primo: deiñ pedē alterū ſumpſerit ſiue trocheus ille ſiue ſpondeus fuerit: ignorabit.

De carmine Gliconico.

¶ Gliconicum carmen ab auctore nomen ſortitur. Ei⁹ pes primus ſpondeus eſt: alter coriamb⁹: tertius eſt pyrrhichius. Hora. Sic te diua potens cypri. Scanditᷣ hoc modo. Sic te: diua potens: cypri. Pōt tamen idem carmen reduci ad ſpondeum et duos dactylos.

De carmine archilochio.

¶ Archilochium carmen conſtat ex prima parte heroica vt in quarto pede ſit dactylus, deinde habet tres trocheos ſic Soluitur: acris hyē: ems gra: ta vice: veris: ⁊ fa: uoni: Hora. ode. 4.

De carmine Iambico.

¶ Iambicum carmen primū ſex iambis compoſitum eſt. Mox poetarum licentia effectum eſt vt ſpondeus in quauis hui⁹ carminis regione recipi poſſet dempta ſecunda et quarta in quib⁹ niſi poetarū licentia obſtet: iambus perpetuū locum poſſidet. Interdū tamen in prima pro ſpōdeo

anapeſtus et in ſecunda regione pro iambo tribrachus reperit. Hui⁹ autem ratio eſt quia anapeſtus ſpondeo et tribrachus iambo ſuis equant̄ tpib⁹. Carmen tale eſt. Perſius. Nec fonte labra prolui caballino. Scanditur autē hoc mō. Nec fon: te la: bra pro: lui: cabal: lino. ¶ Horatius ode. 8. Trahūtq; ſiccas machine carinas Verſ⁹ iābicus eſt trimeter acatalecticus. cui vna deeſt ſyllaba. ſic. Trahunt: qz ſic: cas ma: chine: cari: nas. ¶ Idē ode. 9. Silue laborantes geluq;. Verſus eſt dimeter iambic⁹ hipercalectic⁹ id eſt ex duob⁹ diambis vel quattuor iābis cōſtat. ſic. Silue: labo: rantes: gelu: q;.

De carmine Pherecratio.

¶ Pherecracium carmen ꝯſtat ex ſpōdeo dactylo et ſpondeo. ſic. Grato: pyrrha ſub: antro. ode. 5.

De carmine Bacchio.

¶ Carmen bacchium ex coriambo eſt et bacchio. ſic. Lidia dic: per omnes. ode. 8.

De carmine epitrito.

¶ Carmen epitritum primo habet epitritum ſecūdum: deinde duos coriambos et bacchium. ode. 8. Te deos o: ro ſybarim: cur properas: amando.

De carmine pyndarico.

¶ Pyndaricū carmen ex duobus dactylis et duob⁹ trocheis conſtat. vt Flumina: conſtite: rint a: cuto. ode. 9.

De carmine Coriambico hexdecaſyllabo.

¶ Metrū coriambicum hexdecaſyllabum ex ſpōdeo: tribus coriambis et pyrrhichio cōſtat. hoc pacto Tu ne: queſieris: ſcire nefas: quē mihi quē: tibi. ode. 11.

De carmine Alcaico.

¶ Verſus alcaicus conſtat ex ſpondeo et iambo et ceſura pentimemeri et duobus dactylis. ſic. O ma: tre pul: chra: filia: pulchrior. Ode. 16.

De carmine hipponautico.

¶ Verſ⁹ hipponanticus trochaicus eſt dimeter catalecti-cus. vna enī ſyllaba deeſt vt ſit plen⁹ verſus dimeter. Scā ditur ſic Non e: bur ne: quaure: um. ode. 18. li. 2.

De metro Sotadico.

¶ Metrum ſotadicum trimetrū tres habet ionicos mi-nores. Hora. Miſerarū eſt neq; amori dare ludum Neq; dulci malo vino lauere aut ex. Hoc mō. miſerar eſt: nequa mori: dare ludū ꝛc. Componitur etiā ex quattuor ionicis ſic. Mari: metuētes: patrue ver: bera lingue. ode. 12. li. 3

De Pentimemeri dactylica.

¶ Hora. Ode. 7. Li. 4. Arbori: busq; co: me.

De Pentimemeri iambica cū duob⁹ dactylis.

¶ Hora. ode. 9. li. 1. Vides: vt al: ta: ſtet niue: cādidū.

De Pentimemeri dactylica cū dimetro iambico.

¶ Hora. in epodo Scribere: verſicu: los: amo: re per: cuſſum: graui.

De dimetro iābico cū pentimemeri dactylica.

¶ Hora. in epodo Niues: q; de: ducunt: iouem: nunc mare: nunc ſilu: e.

De carmine Phelencio.

¶ Phelencium carmen ex quinq; pedibus componitur. Nam in prima regione ſpondeum et nonnunq; (licet ra-ro) trocheū: in ſecūda dactylū: in tertia et quarta troche um ſemꝑ: in vltima trocheum vel ſpondeū recipe ſolet. vt Catullus Paſſer delitie mee puelle. Scādi hoc mō opor tet. Paſſer: deliti: e me: e pu: elle. In prima etiam regio ne quod rarum eſt et fugiendū iamb⁹ inuenit vt hic. Me as eſſe aliquid putare nugas.

De carmine Faliſco.

¶ Carmen Faliſcum ſic dicitur ab inuētore: tetrametrū a pedum numero in quibus dactylus predominatur. vn̄ et dactylicum dicit̄. Primus locus eius ſecundus ſimiliter et tertius dactylū recipit: ſpōdeū rarius. quart⁹ vero pyr-

thichium vel ſpondeū : nonnunq̄ʒ trocheuʒ vt Boetius. Qui ſerere ingenuum volet agrū Liberet arua prius fru=ticibus. Sic autē debet ſcādi. Qui ſerer : ingenu : um vo=let : agrum : Liberet : arua pri : us fruti : cibus.

¶ Hec habui Mathee Lupine que de his lyricis verſibus cōpendioſe ſcriberē : vt ex eo compēdio aliqua ad noſtros vtilitas perueniat. Scribāt alij diffuſius. Joanni Cubitenſi ſatis eſt placere ſuis. Vale.

¶ De diuerſorum verſuū connexionibus Sulpitius Verulanus ad Ciprianum Homagium Forliuienſis epiſcopi fratrem.

Am varias verſuū connexiones oſtendam. Sʒ primum noſſe oportet ſingulas fere ſpecies per ſe ſtare et librū etiam ꝯficere poſſe diuerſiſqʒ materijs diuerſa genera carminū accōmodanda et flaccum et ouidiū precepiſſe. Jtaqʒ bella et regum ducūqʒ negocia magnifica ⁊ grauiora heroico carmīe ꝯplectemur. querimoniā iocos et leticiam elegiaco. ſed eo in ſacris etiam eſt vſus Ouidius. Conuicia iambico. eodemqʒ res comicas id eſt humiliū perſonarū geſtus et ſermones. Lyrico vero omnia illa que Horatius demōſtrat in arte poetica. cui⁹ ſtudioſum te eſſe cupio. Muſa dedit fidib⁹ diuos pueroroſqʒ deorū Et pugilem victorem et equū certamine primum Et iuuenū curas et libera vina referre. Jn alijs vero doctorum ſequemur exempla. ¶ Hec quoqʒ ſunt neceſſaria cognitu carmen vno genere verſuū conſtans mo=nocolon id eſt vnimembre dici vt lucani. quod duobus generibus dicolon. quod trib⁹ tricolon. Jllud aūt quod ſecundo loco varietatē accipit quia ad primū poſt duos conuertantur diſtrophon appellam⁹. vt eſt elegiacum. quod

quarto loco tetraſtrophon. vt ſapphica adonicum prece-dentia. Nūc de dicolis diſtrophis. inde de reliq̄s diſſeremꝰ.

Carmina Dicola diſtropha.

¶ Heroico verſus adnectit̄ elegiacꝰ que connexio elegia dicit̄. et fit dicolos diſtrophos. ¶ Heroico ſubijcit̄ alc-manicus tetrameter acatalecticus ꝯſtās quattuor dactylis ſpondeis ve Aut promiſcuis. vt Laudabūt alij clarā rho don: aut mytilenēʒ Aut epheſum bimariſqꝫ corinthi Hor. ¶ Heroico iungitur archilochius dactylicus dimeter hi-percatalecticꝰ. vt Diffugere niues redeunt iaʒ gramina cā pis Arboribuſqꝫ come. Hor. ¶ Heroico archilochiꝰ cō ſtans dimetro iambico acatalectico et pentimemeri hero ica. vt Horrida tempeſtas celuʒ ꝯtraxit ⁊ imbres. Niueſqꝫ deducunt iouem nunc mare nunc ſilue. Hor. ¶ Heroi-co archilochius dimeter acatalecticꝰ ꝯſtans iambis quat-tuor: ſed in imparibus trocheuʒ ſiue ſpondeū admittēs vt Mollis inertia cur tantā diffuderit imis Obliuiōeʒ ſen-ſibus Hor. ¶ Heroico hipponatiꝰ trimeter iungit̄. cō-ſtat iambis ſex. vt Altera iaʒ atterit̄ bellis ciuilibꝰ etas Su is et ipſa roma viribus ruit Hor. ¶ Coriambico mono-metro ariſtophanico ſubditur verſus trimeter coriambi-cus epitrito ſecundo et duobꝰ coriambis cōſtans. vt lydia dic per omnes Te deos oro ſybarim cur properas amando Hor. ¶ Coriambico gliconico trimetro qui fit ſpōdeo coriambo et pyrrhichio nectit̄ Aſclepiadeus ꝯſtans ſpon-deo dactylo pentimemeri duobuſqꝫ dactylis/ vel ſpondeo duobus coriambis et iambo. vt Sic te diua potens cypri Sic fratres helene lucida ſidera Hor. ¶ Archilochio dac tylico qui ꝯſtat tetrametro bucolico et tribus trocheis iun gitur archilochius et pētimemeri iambica ⁊ tribus troche is. vt Soluit̄ acris hyems grata vice veris et fauoni. Tra hūtqꝫ ſiccas machine carinas. Hor. ¶ Archilochio aca talectico qui conſtat amphibracho et duobus iambis hip

ponatius catalecticus ex quinqꝫ iambis ⁊ ſyllaba. vt Non ebur neqꝫ aureum Mea renidet in domo lacunar Hor.
¶ Archilochio iambico trimetro catalectico qui ſpondeum ⁊ anapeſtū in imparibus recipit archilochius iambicꝰ dimeter acatalecticꝰ. vt Quicunqꝫ ſolam mente precipiti petit Summūqꝫ credit gloriaꝫ. Bo. ¶ Archilochio trimetro ſubditur elegiacꝰ. vt Quāuis fluēte diues auri gurgite Non expleturas cogat auarus opes. Boe. ¶ Hipponautio iambico trimetro acatalectico archilochius dimeter acatalecticꝰ. vt Ibis liburnis inter alta nauiū Amice propugnacula Hor. ¶ Hipponatio trimetro acatalectico iungitur verſus ex pentimemeri heroica ⁊ dimetro iambico. vt Pecti nihil me ſicut antea iuuat Scribere vſiculos amore percuſſum graui. Hor. ¶ Aſclepiadeo nectitur pherecratius inter duos ſpondeos dactylum habens vt Si quātas rapidis fluctibꝰ incitus Pontꝰ vſat arenas Bo. ¶ Aſclepiadeo ſupradicto archilochiꝰ iambicꝰ dimeter acatalecticus. vt heu heu q̄ miſeros tramite deuio Abducit ignorātia. Bo. ¶ Sapphico additͬ gliconicꝰ dactylicus ex ſpondeo duobuſqꝫ dactylis. vt Cū polo phebꝰ roſeis quadrigis Lucē ſpargere ceperit Bo. ¶ Anacreontico iambico dimetro catalectico Pherecratiꝰ trimeter vt Quiſquis volet peremine Cautus ponere ſedem. Bo.
¶ Pheleucio pentametro endecaſyllabo iungitur archilochius ex duobus dactylis totideqꝫ trocheis. vt Quāuis ſe tirio ſuperbus oſtro Comeret et niueis lapillis. Bo.
¶ Pheleucio eidem elegiacus. vt Quid tantos iuuat excitare motus Et propria fatum ſollicitare manu. Bo.
¶ Alcmanico dactylico tetrametro acatalectico adnectitͬ archilochiꝰ dimeter iābicꝰ acatalecticꝰ. vt ſunt etem̄ pēne volucres mihi Que celſa ꝯſcendāt poli. Bo. ¶ Alcmanico dactylico trimetro hipercatalectico ſpondeū vbiqꝫ ſuſcipienti pherecratiꝰ anapeſtū qn̄qꝫ admittēs adijcitur. vt

Om̄e hoīm gen⁹ in terris Siki ſurgit ab ortu. Bo. ❡ Alcmanico dimetro trochaico acatalectico pherecratius. vt Quos vides ſedere celſos Solij culmine reges. Bo.

Carmina dicola tetraſtropha.

❡ Aſclepiadeis trib⁹ gliconic⁹ adijcitur. et fit dicolos tetraſtrophos. vt Scriberis vario fortis et hoſtiū rc̄ Miles te duce geſſerit. Hor. ❡ Sapphicis trib⁹ adonic⁹ iungitur. vt Jam ſatis terris niuis atq̄ dire rc̄ Terruit vrbez.

Carmina tricola tetraſtropha.

❡ Aſclepiadeis duob⁹ ſubditur pherecratius ſtatimq̄ gliconic⁹ huic adijcit̄ et fit tricolos tetraſtrophos. vt Quis multa gracilis te puer in roſa Perfuſ⁹ liquidis vrget odoribus Grato pyrrha ſub antro Cui flauā religas comā Hor. ❡ Alchaicis duobus ex iambica pentimemeri. duobuſq̄ dactylis heret archilochi⁹ iambic⁹ dimeter hipcatalectic⁹ ſpondeū ſuſcipiens in imparib⁹. quē ſtatim alcmanic⁹ tetrameter ſequit̄. vt Vides vt alta ſtet niue candidū Soracte nec iam ſuſtineant onus Silue laborantes geluq̄ Flumina conſtiterint acuto. Hor.

De diuerſorum carminū connexionibus obſeruationes feliciter expliciunt.

❡ Impreſſum Lyptzgk per Baccalarium Martinū Herbipolenſem. M. cccc. lxxxxiij. die. xviij. Junij.

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

Omnis ſapiens cito reſiſpit.

....

Terrbrus vario fortis et hostiud.
Audiuore licedy mea vota dy

Piſzam o tobie beſſ mezbri y mep[illegible]
Vsliſzeli lieiſer moie ſlubi [illegible]

Anima mundy et [illegible]

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 25. Q
INKUNABUŁY

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 26. Q
INKUNABUŁY

vicei
tetran
ras an
varĳ